

APPENDIX AD EPISTOLAS GOZPERTI.

TEGERNSENSIUM EPISTOLÆ.

(Apud Bernardum Pezium; *Thesaur. Anecd.* V, 1, 130.)

EPISTOLA PRIMA,

AD GOZPERTUM ABBATEM SUUM

De ducis animo quædam ablata restituere volentis, et de decimatione cuidam inclusæ olim donata.

Seniori nostro domno abbati G. fratres sibi subjecti, quidquid dilecto Patri.

Frater noster Nonnus Eigino, de itinere quo directus erat monasterium regressus, retulit nobis de domno nostro duce quod sponderat se libenter velle restituere quæ monasterio nostro abstracta sunt in Oriente, jussitque fratrem Meginh. inibi expectare, ut se commonefaciat de his quæcunque sint illic requirenda, et hoc quando nunc proximo domnus noster dux illuc revertetur. Nam frater Meginh. adhuc illic expectat, et in maturitate vindemiæ coactus et spe regressionis domni ducis, Reman-

EPISTOLA II.

AD HENRICUM BOJARIÆ DUCEM.

De ejusdem Gozperti obitu novique abbatis electione, quam ut liberam sibi concedat, obnixè rogant.

Seniori nostro duci H. congregatio monasterii

A S. Quirini, pauperula eleemosynatrix vestra, instantiam orationis pro sospitate vestra diu noctuque.

Beatus Pater noster Gozpertus XII Kal. Febr. somno pacis requievit in Domino, pro quo miseri nequaquam possumus consolari, nisi vos, sicut unicissimus post Deum nobis estis domnus, ita etiam visceribus piæ paternitatis nostri misereri dignemini. Primum pedibus vestris solo tenus prostrati humili precatu supplicamus ne locum monasteriumque S. Quirini ullius alius unquam potestati concedatis nisi vestræ, ne vestris temporibus [res] quas pater vester cæterique parentes vestri ob eleemosynam sui huic monasterio concesserunt, subtrahi vel distribui ab aliquibus videntes, nos posterique nostri B semper deinceps hæc damna doleamus,

Cum de infirmitate abbatis nostri causati sumus coram vobis, quod de electione nobis promisistis, quasi Dei ore prolatum adhuc firmum tenemus, iterumque petimus pro amore Dei et S. Quirini, ne extra petitionem nostram aliquem nobis abbatem constituatis. Quando denique felici regressione patriam venitis, coram vobis congregati, jussu vestro et licentia illum eligemus, quem regularis religionis putamus servatorem, vestrique servitii, quantum sufficit, nullo modo immemorem.

CIRCA EUNDEM ANNUM

THIETPALDUS

TEGERNSENSIS MONACHUS.

THIETPALDI EPISTOLA AD S. ADELBERTUM

PRUSSIENSIS ECCLESIE EPISCOPUM.

Se, Aristotelica philosophia contempta, rebus sacris studere nuntiat, optatque ut ei omnia ex animi sententia eveniant.

(Bernardus Pezium, *Thes. Anecd. nov.*, V, 1, 131.)

Divini floris rore madenti, sanctæ Prussiensis C perum etsi extimus, aspersionem sanguinis Christi, ecclesiæ cathedræ præsidenti ADALPERTO, unicæ et quidquid illud est quod egregius prædicator cum tibi dilectionis episcopo, THIETPALDUS, spiritu pau- Christo in Deo absconditum esse testatur.